



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXVIII. Charta paricla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

XXXVIII. CHARTA  
*paricla.*

**C**Vm in nostra vel procerum nostrorum præsentia, homo nomine ille itemque hominem nomine illum interpellasset, quasi seruo suo nomine illo, vna cum raupa sua in solidostantos, post se fugitiuos pedes recepisset, vel post se retineat indebitè: aut hæc præfatus ille omnia fortiter visus est denegasse, quod nec ipse ipso seruo fugitiuos pedes, nec raupa sua post se nunquam recepisset: Sed dum inter se intenderent, sic eisdem à proceribus nostris, in quantum inlustris vir ille Comes palatij nostri testimoniauit, fuit iudicatum, vt de quinque denominatis, idem ille apud tres & alios tres, sua manu septima, tunc in palatio nostro, super capellam domini Martini, vbi reliqua sa-

80 MARCVLFI MONACHI  
cramenta percurrunt, debeant con-  
jurare, quod suprascripto seruo illo  
memoratus ille pedes fugitiuos,  
vna cum raupa sua in solidos tan-  
tos, post se nunquam recepisset; Si  
hoc coniurare potuerit, de hac cau-  
sa ductus sedeat, sin autem non po-  
tuerit, ipsum seruum vna cum rau-  
pa sua in solidos tantos cum legis  
beneficio, partibus antedicti illius  
reddere studeat. Interim vero usque  
in ipso placito, quia nec vtra pars ex  
ipsis victa sit apparent, vnde æqua-  
les præceptiones eis fieri, & acci-  
pere iussimus.

XXXIX. *vt pro nativi-*  
*tate Regis ingenui relaxentur.*

**I**lle Rex Francorum viro inlustri  
illi Comiti. Dum & nobis diui-  
na pietas, iuxta votum fidelium, &  
procerum nostrorum, de nativitate  
filij nostri illius, magnum gaudium  
habere